Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36451
Copyright: Melk, Benediktinerstift

teo ubi nunc usque reseruantur sunt
Legitur de sancto retrodite.
gregorio. sancto gallo multis
post transitum eorum de hac uita
claruisse indiciis. quod monasteria
que in honore dei construxerat. suis
contra multos aduersantes defensa
rent patrociniis. Non nulla etiam
huiusmodi nostris gesta temporibus. de
hoc sancto dei cognotis et probatis personis
comperimus. que ad commendationem sancti
tatis illius stili officio annotare curauimus
Erat quedam abbatissa uiminus
in norica prouincia piis operibus
dedita: cuius consilio predictus
uir dei olim hirsaugie prelatus fuerat.
quia eum pro uite meritis multum
dilexerat. Huic post decessum eius
perfama innotuit multos sinistre
partis homines in hoc facinus con
spirasse, ut funditus destruerent ce
nobium hirsaugiense. Unde ipsa
continuis affecta doloribus, preci
am diuinitatem assiduis interpellabat
precibus, ut sue protectionis auxi
lio tantum nefas auerteret. ac sui fi
delis famuli nouellam plantatio
nem ad itre. d[...]umentum perduceret.
Cumque tam[...] hec piis angustiis cor
eius ageret. et pro imminente periculo
diuinum instanter deprecaretur. quadam
nocte quiescenti, uir domini willehel
mus in sompnis apparuit. mestamque
hilari uultu intuens letificauit.
dicens quidem multos fuisse qui tantum
nefas gestiebant perpetrare. sed ut
non fiat omnino prohibitum esse.
Tunc illa sollicite inquirente quis
hoc fieri prohibuisset etc. Angelus
domini bonus. Et confestim uisio collo
quentis disparuit. Vere etenim ut
ait psalmista. immittit angelus domini
in circuitu timentium eum. et eripiet eos. Sed quamuis
eodem attestante, iustus quisque in
protectione dei commoretur. euidentius
tamen et seuerius uindictam dei experti
sunt. qui iussu regis heinrici eiusdem
nominis quarti. hirsaugienses exter
minare moliti sunt: pro eo quod here
si eius contra romanam ecclesiam nolu
erunt consentire. nec aliquatenus
eius communione se contaminare.
quippe qui erat sceleratissimus. et
omnium que sub terra sustinuit flagitio
Ipso itaque annuente sussimus.
quidam episcopi argentinensis no
mine wercherus militari ma
nu aggressus est deuastare hirsau
giam. sed eadem die qua tantum facinus
commissurus equum loricatus ascendit.
subitanea morte antequam loricam
exueret percussus expirauit. et ui
uens in infernum descendit. Viuens
nunquam ut scriptum est in infernum de
scendit. qui sciens et prudens ut
inique ageret laborauit. qui inno
centes dei famulos perdere affecta
uit, quod etiam ipsis militibus qui
inuiti ad auxilium eius cogebantur.
adeo uisum est abhominabile ut
ei dissuaderent. et ad tale facinus
auxiliari recusarent. Hoc autem
longe ante obitum uiri dei contigit.
sed deinceps tale aliquid contra lo
cum sanctum et eius habitatores presu
mendi, omnibus usque quaque metum in
cussit. Opere pretium est hic con
sequenter subiungere aliud quoddam
huic non multum dissimile. quod etiam
ualet ad terrendos et reprimendos